

Johann Bacmeister

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, D.
Ad iusta Exequalia, Quae Viro ... Dn. M. Arnoldo Paschio, Con-Rectori Scholae
oppidanae solertissimo a Moestissimis Parentibus hodie ... parabuntur, Omnes
Omnium Ordinum Literatos, Civesq[ue] Academicos ... invitat ... : [P.P. Sub
Sigillo Rectoratus sexto Nonarum Maii. Anno CI IC LXXXIV.]**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1684]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn776800353>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

in

A. P a s c h e n.

Rostock, 1684.

12.

122

PROGRAMMA
^{2^o}
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOANNES BACMEI-
STERUS, D.

Med, & sup. Math. Prof. P. Facult. Med.
Senior & Decanus.

Ad justa Exeqvialia,

^{2^o}
VIRO, CLARISSIMO ac LITERATISSIMO
DN M. ARNOL-
D PASCHIO,
- RECTORI SCHOLÆ
oppidanæ solertissimo

Mœstissimis Parentibus hodie

in Templo Jacobeo parabuntur,
Omnes Omnia Ordinum Literatos, Civesq;
Academicos peramanter & officose
invitat.

ROSTOCHI, Litteris JOH. WEPPLINGI, Universi, Typogr.



Vàm brevis atq; frágilis, quàm
fluxa & caduca, quàm varia
& inconstans, quàm dubia &
anceps, quàm vana & lubrica,
quàm denique misera, cala-
mitosa, periculosaque sit hæc
vita nostra, res ipsa loquitur,
& quotidiana testatur experi-
entia: nemoque est, qui non
vel publicis vel privatis casibus & vel suis vel alienis
doceatur eventis. Hanc verò vitæ nostræ rerum
que humanarum varietatem & inconstantiam Rex.
ille vel ipsius Dei oraculô omnium sapientissimus in
aureo illo libello, qui Ecclesiastes inscribitur lucu-
lenter satis expressit, suisqve quasi coloribus de-
pinxit. Eandem Pater quoque ejus, Rex & Pro-
pheta sanctissimus immortalique memoria dignissi-
mus, eum aliis modis tum pulchra hæc elegantiq;
comparatione declaravit, dum nimirum futurum
esse dixit, ut si in libræ alicujus alterâ parte vanitas,
in alterâ autem hominis studium fuerit impositum,
vanitas ipsa longe multumque præponderet. Non
potuisset, meo quidem judicio, cum brevius tum
luculentius mortalis nostræ vitæ vanitas, homi-
numque simul, qvi ei nimium sunt dediti, tantum-
que in res has terrenas conferunt operæ atque stu-
dii, stultitia imo dementia exprimi. Sed plurimi
quoq;

quoque aliis similibus vel luminis fulguris s. ful-
getri, paleæ, quisquiliarum, foeni, graminis, flo-
rum sive foliorum, frondium, bullæ maris, fluminis,
venti, fumi, umbræ, somni aliarumque hujusmodi
rerum vanissimarum, cum sacri tūm prophani scri-
ptores, quam brevis & fugax & vanitate ipsi vani-
or, ut ita loqvar, sit mortalium vita manifestè o-
stenderunt. At si vitæ nostræ & initium & me-
dium & finem considerare voluerimus, omnia
profectò laborum dolorum atque periculorum re-
periemus plenissima. Merito igitur illam Seneca
gravissimus Autor libro de vitæ brevitate, *perpetuum*
Supplicium appellavit, quod quidem M. ANTONII
GORDIANI Imperatoris clariss. fertur tuisse sym-
bolum, crebris ab illo sermonibus usurpatum.
Nec minus eleganter illustre illud patientiæ & vir-
tutis exemplum *Jobus*, vitam humanam, cuius in-
constantiam miseriamq; optimè fuit expertus, per-
petuam militiam vocavit. Et quid multi? Omnis hæc
nostra vita ab ipsis incunabulis ad ultimum hal-
lum, non tam vita quam mors videretur esse appel-
landa. Hinc poëta egregiè cecinit.

Vita quid hæc? Mors est: Si Mors, cur Vita? dolendum est

Nos vitâ nondum deficiente mori;

Mors & Vita pari vestigia gressu:

Quæque dies vitæ, mortis & illa fuit,

Vivere quæ nobis igitur cum Morte voluptas,

Cura mihi potius, sit sine morte mori?

Si pia Mors vita est, & si male vivere mors est,

Mors mibi viva veni, mortua vita vales;

Et nos jure meritò cùm ipso Lucetio exclamamus?

O Miseras hominum mentes, o pectora cœca!

Qualibus in tenebris vita, quantisq[ue] periculis

Degitur hoc ævi quodcumque est.

Gentiles eam naturæ ad vivendum creatæ adversam esse adver-
tes, signis q[ui]ibusdam externis usi sunt: & q[ui]dēm alii acclamari sibi sur-
gentibus cotidie: MEMENTO MORI, uti de Philippo Macedo-
ne: alii cubitum sibi euntibus vocem *βεσίων* cotidie accini, uti *Panca-
vius*: alii skeleta cum epulis adponi, uti de *Egyptiis*: alii linteum
solum circumferi, uti de *Saladino* refertur, curarunt, aliisq[ue]
Tenuncias vanitatem & fugacitatem hujus vitæ adumbrantibus & ocu-
lis exponentibus artem bene moriendi inculcare satagerunt. Nobis
haud opus est externis signis uti, cum omnis annus, mensis, dies, imò mo-
mentum vita in corporibus nostris vivis fragilitatis humana documenta
nobis exhibant. Non abibimus longius. Ecce hodierna dies vivum
Mortalitatis exemplum proponit in Viro - Juvene Clarissimo, Literatiſ-
simoque DN. M. ARNOLDO PASCHIO, Con - Rectore Scholæ
Oppidanæ apud nos non ita pridem abs Nobilissimo & Amplissimo hujus
urbis Senatu, ob egregias animi dotes singularemq[ue] eruditio[n]em con-
stituto solertissimo. Hic spartam sibi commissam fideliter q[ui]dem satis,
& sedulō exornavit, verū in medio aut vixdum inchoato cursu finem
suum, q[ui]em ultra putabat, reperit. Et q[ui]dem plerisq[ue], uti sumus in
eiusmodi casibus nimium quam mortales, præpropera atq[ue] immatura
videbuntur omnia. Sive enim ad spes parentum totiusq[ue] familiae five
ad ipsius Viri - Juvenis metam id, q[uo]d humanitus ei contigit, exige-
ris, ubique erit plus satis querelatum. Viginti & Octo, quam brevis il-
le est auctorū terminus. Verum, O magna humanae mentis pravitas! O
insatiabilis omnium rerum auditas, q[ua]e indignatur reddere q[uo]d con-
cessum est precario & gratuito. Nullo enim modo Natura nos aliqua im-
juria lacescit, & q[uo]d nostrum est ex insidiis eripere proruit, sed æquissi-
mo jure sua repetit, nullā alia conditione nobis commodata, quam ubi
pro libitu[n]os appellaverit, ut tam statim sine ullā procrastinatione, aut
potius unius momenti protogatione, omnia certò restituamus. Quid
igitur nos improbè injurii in naturam maximam ejus benignitatem
importunis querelis inservimus? Cur non potius ei gratias agimus,
q[uo]d q[ua]e citius potuisset, tardius repeatat: & hodie primum auferat,
quæ heri vel ante plures dies aut mensem etiam citius ante annos
aliquot simili jure potuisse auferre. Qyanto justior fuit Anaxagor-
tas

rus, perpetuā adhuc famā celebrandus, qui nunciata filii morte, dignam magno virō & generolo spiritu abundantem vocem emisit. Ego cum genui, tum moriturum scavi. Hujus exemplo spectate integratatis Virum HENRICUM Paschen/ inter Cives primarios hujus urbis haud postremum, Adfinem nostrum honorandum nunc adversus gravissimum dolorem ex Filii sui insperato obitu objectum, pari vigore animum oportet obfirmare, ne naturae aut DEO suū respectantib[us] poscenti, im modeste videatur refragari. Non cogitet ille, qvanta sibi spes jam intercederit, qvod scipionem senectutis præmittere coetus sit. Cogitet potius, eum ad vitam editum, communi qvoqv[o] sorte ad mortem destinatum. Ex hoc mundo tanq[ua]m miseriatur hospitio in cœlum evolasse, ibidemque inter æterna gaudia cantantem & exultantem animam nullos suorum fletus admittere,, & nihil amplius, qvam ut funus solemini more terræ mandetur postulare. Jam spinor vos Academæ Cives , tñcire, qvid & nos velimus & qvid vos deceat facere. Explicabo verò mentem, ubi prius exposuero, qvæ exponenda de pie defuncti progenie, vita & morte pro consuetudine recepta sunt. Hæc autem, uti nobis communicata sunt, verbote tenus inferenda curavimus. Editus est in hac lucem pie defunctus DN. M. ARNOLDUS PASCHIUS Anno C. 1656. loco honestissimo Patre DN. HENRICO Paschen/ Cive primarij & Templi Jacobei Praefecto dignissimo; Matre verò ornatissimam virtute & pietate Matrona MARGARETA Petersen. Avus Paternus ipsi fuit DN. JACOBUS Paschen/ oriundus è Westphalia; Avia Paterna Matrona Lectissima Isabe Fragemanns. Avum Maternum habuit DN. ARNOLDUM Petersen/ præcipue dignationis Civem apud Nos & Mercatorem florentissimum; Aviam Maternam egregiae virtutis Feminam MARGARETAM Vranten. His ex originibus vitam humanam hausit B. PASCHIUS, qui statim atque genitus ad regenerationis fontem deductus est. Cumq[ue] adultiores mores aptitudinem ingenii ad captum bonarum literarum indicassent, id Optimi Parentes curandum sibi judicarunt, ut domi forisq[ue] bene educaretur. Primum igitur in Patria Viris pl. Reverend. & Praclarissimis DN. M. Nielhencen/ ad D. Petri Diacono Vigilantissimo, DN. M. BAUDEWIEN, Ecclesi

ste Stralsundense fidelissimo, DN. M. HELWIGIO Synodi
NeosCaldensis & Dargunensis Præposito dignissimo, necnon B.
DN. M. ROPERTO Scholæ oppidanae Con-Rectori meritissimo
formandus traditus est. Factis in Scholâ Patriâ fundamentis
eruditionis & pietatis Anno C. 1672. consilio Parentum ad Gymnas.
Gustrovicense missus est, ubi hospitiò Avunculi sui Viri Nobiliss.
atque Ampliss. DN. MATTHIAE Petersen / filii L. Serenissi-
mig. Principis ac Domini DN. GUSTAVI ADOLPHI, Du-
cis Meklenb. &c. &c. Secretarii fidelissimi benevolè exceptus
& deductione Viri Pl. Rever. & Ampliss. B. DN. GOTHOFREDI
VOGTLII, S. Theol. Lic. T isto tempore Gymnasi pralaudati Re-
ctoris meritissimi, ut & Viri Preclarissimi DN. M. CORNELII
PITTELII, Con-Rectoris ejusdem laudatissimi eos fecit progres-
sus, ut missis aliis exercitiis privatis publicè disputationem de
Constantino Magno proprio marte elaboratam haberet &
discensus de Pontificiorum & Gentilium cum in dogmatibus tum
in ceremoniis consensu peroraret. Anno 1675. altiorum progres-
sionum faciendarum causa patrios repetit Penates: Huc cum
afferret eam artium cognitionem, quæ Academiarum amplio-
ra spatha ingredientes decet, ne illotis manibus ad Supremam
Disciplinarum accederet, Philosophiam porro & Linguarum stu-
dium excoluit, usus Ducibus Viris Maxime Rev. & Amplissimis
B. DN. Doct. ZACHARIA GRARIO, tum temporis Phys. ac
Metaph. Prof. famigeratissimo & ad Aed. S. Petri Pastore meri-
tissimo, B. DN. M. HERMANNO BECKERO, Mathem. Inf.
Prof. celeberrimo & Pastore Jacobeo vigilantissimo, necnon DN.
D. FRANCISCO WOLFIO, Log. ante hac Prof. P. incluto A. 1676.
Parentum consensu ad Acad. Witteberg. se contulit, in qua studiu-
m Philosoph. Rostochii inchoatum sub auspicijs Viri Praecell.
DN. M. NICOLAI BENEDICTIP ASCHÆ, Facult. Phil. Adjuncti
gravissimi feliciter continuavit, sub cuius Præsidio etiam Disp.
Phil. de Actu & Potentia masculine defendit. Ulterius vero pro-
grediendum ratus Theolog. quoque se semcipavit studio ad-

jutus

jutus opera Viri Maxime Rev. & Ampliss. DN. D. JOH. DEUTSCH-
MANNI, S. Theolog. P. P. celeberrimi, cuius in Convictu degebatur,
quo etiam Praeside non sine laude disputavit de Spiritu S. & Mys-
terio Regenerationis. A. 1677. Magisterij honores à Brabentia Viro Am-
pliss. DN. ANDREA SENNERTO, Lingv. Orient. P. P. celeberrimo
& Atad. Seniore venerando Beato Nostro collatisunt. Qui no-
vus honoris gradus exerenda doctrinae multiplicis ansam illi dedit:
hinc facultate disputandi imperata duas de Concilio Nicenô I. disp.
publice ut Praeses disquisitioni subiecit. Eodem verò anno à Paren-
tibus avocatus rediit in Patriam, ubi studia incepit summo ardore
pertexere perseveravit & data occasione Colleg. Philos. & Dispu-
tationes publicas frequenter instituit, haud neglectis Lectionibus
publicis Theol. quibus sedulo intererat. Etenim quo amore am-
pletebatur Reginam Disciplinarum Theolog. scil., id docent eru-
dita specimen na Praeside Sunmò quondam Acad. hujus Theol. B. DN.
D. AUGUSTO VARENIO, publicè in hac Acad. ventilata: Tace-
mus creberrimas ad populum habitas conciones partesque Opponen-
tis quibus apud Nos non sine laude perfunditus est. Hucigitur pro-
gressus ante paucas septimanas ab Amplissimò Urbis hujus Senatu
ad obeundum Con Rectoris munus, ut quæ ipse Adolescens didice-
rat Juventuti traderet, vocatus est. Sed vix svaritam oblatam
suscepit, ecce morbus vehementior ipsum occupat, qui brevi omnia
quæ mortalitas objicere poterat obstacula submovit: quo de ita
differit Experientissimum DN. D. BERNHARDUS BARN-
STORF. Febris Petechialis, pessimo symptomatum, nullis Remediis, sive intus sive ex-
tus adhibitis, auscultantium, apparatu; somnus scil. ingenti, subitanæ & virium pro-
stratione, doloribus capitis, & anxietatibus precordiorum gravissimis, delirio aliquali,
sopor per aliquot dies & noctes continuato, artuum tremore, spasmis & motibus con-
vulsivis variis, concomitata, Nobilissimum & Clariss. Virum Do. ARNOLDUM Paschen
Phil. M. & Schola Oppidana Con-Rectorum meritis. Amicum ac Affinem nostrum
dilectiss. nunc ehen! desideratiss. nobis eripuit. Auxilio igitur humano Pie de-
functus Noster destitutus preces ad Deum misit ardentissimas, quas
roboravit solarium remissionis peccatorum & pignus aeternæ felici-
tis in epulo Dominicō. His praesidiis instructus adversus omnes
terrores imperterritus stet: testatur id Confessionarius ipsius Pl.

Rev. & Ampliss. DN. M. HENRICUS CARMÖHNILS, Eccl. Jacobea xad
fior meritiss. fatentur omnes quo quot in agone beatissimo illum conſepe-
re. Ita rādem 26. April. circa horam undecim. nocturnam inter ſuorū me-
gemitus placide Deo animam ſanguine Filii ſui purpuratam reddidit &
mortalī vitā clausā immortalem vivere cōpit. Quid cum ita illi, à cu-
jus manu ſunt omnia placuerit, in paterna ejus voluntate omnes acqviſe-
re deceat. Vos ergo, Moc̄tissimi parentes, patienter & christianiē hoc di-
nitus iſtum vulnus feretis, ac ab amicā manu, à patre ſummè Philoſophia
protectum cogitabitis, illudq; Autoris libri Sapientie vobis dictum puta-
bitis. Iuſtus, ſi maiuorā morte obierit, in quiete futurus eſt. Non enim que-
longava eſt ſenectus honorata eſt, neq; numero annorum multorum menſu-
rata. Sed prudentia hominibus eſt canities & vita immaculata eſt ſe-
niliſtas. Qui placens Deo diligebat, cum viveret inter peccatores,
fuit translatus. Ereptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ipſius. Nam
fascinatio improbitatis obscurat quae bona ſunt & circumagitatio concupiſ-
ſientia tranſverſit mentem carentem malitiā, ſanctificatum brevi imple-
vit tempora longa. Grata enim Deo erat anima ipſius, propterea feſti-
navit eum tollere ex improbitati medio. Cogitatibis illud Augustini:
Quid eſt diu viveri niſi diu torquere? Quid eſt, quæſo aliud diu viveri?
niſi dies maloſ malis diebus addere? Subiectis vobis illud Hieronymi:
Inter eum, qui decem vixit annis, & illum, qui mille, poſquam idem
vita finis advenierit & irrecusabilis neceſſitas, transq; luum omnē tantum
dem eſt, niſi quod magis ſenex onus ſuorum peccatorum faſe proſtitutur. Nos
per varios caſus & novercantis fortuna insultus tendimus omnes in coe-
leſtem illam patriam. Ab hisce omnibus ipſe eſt immunis, & cum DEO
in choro Angelorum omniumq; Electorum ſecurum agit ævum, & gra-
tia fruitur regie. Cum vero hujus p̄e defuncti corporis Exuviae hodie
terræ omnium matris ſint reddenda, Omnia Ordinum Academiæ Cives
amicè & humaniter invitamus ac rogamus, ut in Templo Jacobeo ad horam
primam conveniant & optimi Viri Juvenis funus luā prætentia comitari
non graventur. Ita enim cum flentibus ſtere & lugentibus lugere te-
ſtabuntur, eaque facient, quæ à veræ non ſucaſ sapientiæ cultoribus ſie-
ri debent. Inter eundum autem cogitemus illud ſapientis. MALE VI-
VET, QVISQVIS NESCIET BENE MORI P.P. Sub Sigillo
Rectoratus ſexto Nonarum Maij. Anno
CIO 13C LXXXIV,

(O)

Memoriae

GK




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776800353/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776800353/phys_0015)

DFG

jutus opera Viri Maxime Rev. & Amplif.
 MANNI, S. Theolog. P. P. celeberrimi,
 qvo etiam Praeside non sine laude disputa
 rio Regenerationis. A. 1677. Magisterij hon
 pliss. DN. ANDREA SENNERTO, Lin
 mo & Acad. Seniore venerando Beato Nost
 rino honoris gradus exerenda doctrinae m
 hinc facultate disputandi impetrata duas
 publice ut Praeses disquisitioni subiecit. E
 tibus avocatus rediit in Patriam, ubi sua
 pertexere perseveravit & data occasione
 tationes publicas frequenter instituit, bau
 publicis Theol. quibus sedulo intererat.
 plectebatur Reginam Disciplinarum The
 dita specimen na Praeside Summō quondam A
 D. AUGUSTO VARENIO, publice in hac
 mus creberrimas ad populum habitas concio
 tis quibus apud Nos non sine laude perfunci
 gessus ante paucas septimanas ab Ampliss.
 adobeundum Con Recloris munus, ut que
 rat Juventui traderet, vocatus est. Se
 suscipit, ecce morbus vehementior ipsum oc
 que mortalitas objicere poterat obstatula, si
 differit Experientissimum DN. D. BE
 STORFF. Febris Petechialis, pessimo symptomatum; null
 us adhibitus, auscultantium; apparatu; somnus scilicet
 stratione, doloribus capitis, & anxietatibus praecordiorum
 sopore per aliquot dies & noctes continuato, artuum trem
 sulsorum varis, concomitata, Nobilissimum & Clariss. Viru
 Phili. M. & Scholae Oppidanae Con-Rectorum meritis.
 dilectiss. nunc eheu! desideratiss. nobis eripuit. Auxili
 defunctus Noster desitutus preces ad Deum m
 roboravit solarium remissionis peccatorum &
 sis in epulo Dominicō. His praesidiis in str
 ierrores imperterritus stet: testatur id Cor



I. DEUTSCH-
 ictu degebat,
 u S. & Myste-
 ra Viro Am-
 P. celeberria-
 Qui nos
 im illi dedit:
 cenō I. disp-
 nō à Paren-
 nmō ardore
 & Dispu-
 Lectionibus
 amore am-
 docenteru-
 eol. B. DN.
 ata: Tace-
 Opponen-
 gitur pro-
 us Senatu-
 ns d' dice-
 oblatam
 vi omnia
 o de ita,

BAR-
 intus sive ex-
 cirium proa-
 rio aliquali,
 potibus con-
 2M Paschen
 m nostrum
 nō Pie de-
 nas, quas
 felicita-
 es omnes
 ipsius Pl.